

nonquam fallitas misse est, quum aut parvulum de lactata mentium, aut reprimam pro periculis fugiatur, aut fallimus de difficultate curationis agitur, & oportet secundum Apostoli doctrinam, sermonem nostrum sese esse conditum. Iacobo runc Spiritus sanctus sollicitus affectum mendacii conditionibus temperavit dicens: Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum: ut crimen mendacii in commodo haberetur alieno. Commentaria in hunc Platinarum D. Hilarii esse, defendunt post multas varietate considerationes eruditissimi Editores Benedictini in annotationibus quas hunc Platino permittunt. Ernandi D. Hilario occasio fuit Origenes.

V. D. Ioannes Chrysolomus, non fecus ac Hilarius opinionem Origenis haud obscure amplexatus esse videtur Tom. II. hom. xlii. de poenit. ubi mulierem Raab commendat ob mendacium, quo exploratores persecutorum furori subtraxit, his verbis. Digna igitur omni laude Raab Ecclesie imago. Nam cum a Rege missi sunt qui exploratores perquirerent, dicitur ei: Si ingressi sunt ad te viri? Respondit ei: Etiam ingressi sunt. Primo veritatem adificat, atque ita mendacium inducit. Numquam enim mendacium per se creditur, nisi veritatem prius ostendere occurrerit. Ideo qui modo ad persuadendum apto mentiantur, primo vera dicunt, atque ea que apud omnes in confesso sunt: ac deinde mendacia & dubia inducunt. Ingressi sunt ad te exploratores? Respondet tamen. Si enim a principibus non, ad fratrum provocasset, nec qui adveniant. Sed & ingressi sunt, inquit, & egressi sunt hae via: persequimini, & comprehendite eos. O pulchrum mendacium! O pulchrum dolum divina non prodeunt, sed pietatem custodientem! Plura alia quae adducere possem, praeterea. Neque vitio mihi quinquam vertat, quod ab hoc novo sanctum Ecclesie Doctorem celeberrimum immunem non asseram. Quoniam, ut id praesent, nulla imbecillitati meae via patet; eorumque plaudo eruditioni, & acumen qui ab hac leve macula Chrysolomus doctrinam intaminatam evincere sibi blandiuntur. Illud tamen isti advertant, aquam cribro colligere, dum ideo ostendere conantur mendacium non patrocinari mendacium, quia pluribus in locis mendacium improbat, quia pluribus in locis mendacium improbat, quia pluribus in locis mendacium improbat, quia pluribus in locis mendacium improbat. Quandoquidem omnes ad unum Scriptores absolute mendacium detestantur, omnique argumentorum genere eiusdem malitiam evincunt. In hoc quaestio vertitur, num ur-

gente necessitate eritandi aliquod gravissimum malum, ut hominum mortem, licitum mendacium sit. Adfirmat Chrysolomus, ut ego quidem arbitror. Qui oppositum deonitaverit, magnus mihi erit Apollo.

VI. Discipulus D. Ioannis Chrysolomus fuit Ioannes Cassianus, qui sive a preceptore fuit, sive ab Origene hunc eberit errorem, audientius ceteris omnibus suis antecessoribus quindecim capitibus suo calamo controversiam tractat in collatione xvii. Et pluribus pauca delibabo. Cap. xvii. Itaque taliter de mendacio sentiamus, atque ita eo utendum est, quasi natura et nisi elibori: quod, si imminente exitiali morbo sumptum fuerit, est salubre; ceterum ubique summi discriminis necessitate perceptum praesentis exitii est. Ita namque etiam sanctos ac probatissimos Deo viros veniabiliter legimus fuisse mendacium, sicut Raab &c. Quando igitur aliquod grave imminet de veritatis consilio discrimen, tunc mendaciorum sunt percipienda permissa. Cap. xix. Plura tum ex veteri, tum ex novo testamento auctoritates, & exempla deponit in mendaciorum commendationem. Et cap. xx. Quibus, inquit, evolutis exemplis beatus quoque Apostolus Iacobus, omnimode illius Ecclesie primitiva praecipua Principes, Apostolum Paulum ad insultationem signata descendere pro imbecillitate infirmantium cohortantur. Tunc enim necesse est, ac veniabiliter acquiescit mendacii detrimendo, quando natus, ut diximus, imminet de veritatis consilio discrimen, & utilitas que nobis de veritate confertur, compensat illa que gerenda sunt damna, non procul. Cap. xxi. plura testimonia profert ex ipso Evangelio, quibus contendit mendacium non licitum modo, sed etiam necessarium. Cap. xxii. xxiii. & xxiv. exempla allegat plurimum sanctorum Monachorum, & Abbatum, qui mentiti sunt, eo quod exultimant sublimioris virtutis esse, tegero continentiam humiliter mendacium quam patefacere superbo veritatis indicio. Cap. xxv. iterum gesta ex pluribus scripturarum Patriarcharum, lecta recenset, ut validius de licito, & necessario mendaciorum usu, seu medicamine, opinionem confirmet. Impossibile, ait, nobis est breviter varietate percurrere. Quis enim enumerare sufficit omnes propemodum Patriarchas, Sanctosque immemerasiles, alios pro vitae tutamine, alios pro benedictionis desiderio, alios pro alicuius occultatione mysterii, alios pro zelo Dei, alios pro examinatione veritatis,

patu-

patrocinium, ut ita dixerim, assumptis mendacii. Haec paucis peritrixite sufficit, ut compertum fiat, Cassianum omnia argumenta quae recentiores Theologi pro licito aequivoconum usu obtrudunt, produxisse ad offendendum pluribus in eventibus necessario, honeste que adhibenda esse mendacia.

VII. Duos alios, ne prolixior sim; & Auctores recentiore aetate illi qui mendacio sunt patrocinati. Ioannes Climacus gradu duodecimo saeculi suae haec scribit. Ubi nos ab omni mentium vanitate liberos sentisimus, tum deum, loco & usu exigente, non sine timore tamen, quandoque licetis causae mendacium iustificat. Martinus Durmiensis Lib. quatuor virtut. card. cap. xv. ait: Quid si aliquando coartaris uti mendacio, utere, non ad falsi, sed ad veri custodiam; & si contigerit fidelitatem mendaciorum, non mentieris, sed patius excusaberis: quia ubi honesta causa est, iustus secreta non prodat: taecunda enim tacet, loquenda loquitur.

VIII. Plures alios Auctores mendacio faventes referre possem. Sed, ne nimia prolixitas fastidium lectori pariat, finem huic capiti imponam verbis divi Augustini, qui testatur, suo tempore communem fuisse sententiam, quae docebat licitum esse mentiri pro hominum salute. Haec enim habet q. lxxviii. in Levit. Pene omnibus videtur quod ubi nemo leditur, pro salute mentiendum est.

IX. Heinc calumniandi, & decipiendi imperitos anam arripient heterodoxi, nullius scilicet Patres esse auctoritatis. Sed audax impolluta pluries iam prostrata. Nam quod aliquis sanctorum Patrum interdum in aliqua perdifficili controversia, quae illorum tempore nondum pro dignitate quaeratur, lapsus sit, nemo est qui ear inficias. At propterea ne interendum, parvi faciendus esse Patres, dum unanimum consensu aliquam defendunt doctrinam? Verum haec obiter. Alibi de hoc fatio fermo.

CAPUT II.

Reconsentur Auctores qui ante, vel circa Augustini tempora mendacio bellum indixerunt. Post Augustinum Catholicorum nemo favit mendacio.

I. Aristoteles, Platonis discipulus, magistri de mendacio errorem reiecit Lib. II. Ethic. cap. viii. ubi scripsit, mendacium inapte natura pravum esse, detestandumque; veritatem bonam, laudeque dignam.

Sed, misis Ethicis, christianae professionis Doctores in medium asseram.

II. Primum omnium eorum ducat Lactantius, qui Lib. II. divinarum institutionum aperte mendacium infamatur his verbis. Cetera que observare cultor Dei debet, facilia sunt, illis virtutibus comprehensis, ut non mentiantur unquam decipiendi, aut nocendi causae. Effrenum nefas eum qui veritati fudet, in aliqua re esse fallacem, atque ab ipsa quam sequitur, veritate discedere. In hac iustitia, virtutisque omnium via nullus mendacium locus est. Itaque vitatore illum verum ac iustum non docet illud Lucilianum:

Homini amico, & familiari non est mentiri mem:

sed etiam inimico, atque ignoto existimabit non esse mentiri suum: nec aliquando committet ut lingua interpres animi a sensu, & cogitatione discordet. Non inficior, iustice Laetantium absolute non loqui de controversia illa potissima, utrum scilicet pro hominum vita servanda, vel summi momenti secretis occultandis licite mentiri. Ceteram simul assero, Laetantium ac ponere principia quae cuiusque officio mendacium videri prohibent, damnantque. Cum enim statuat, neque amico, neque inimico mentiendum: cum subdat, numquam permittendum ut lingua animi interpres a mentis cogitatione discordet, ac denique locum, & omnem sane excludit eventum in quo licitum mendacium fit.

III. Similia docent Eusebius Caesariensis, D. Basilus in Regulis brevioribus, D. Prospero Libro contra Cassianum, ubi cap. ix. Tu nos subditis, inquit, duobus, & geminis scis intellegis, pravitate dividendo damnas, miscendo iustificas. Haec lege, haec regula poteris predicare, quod tam errent qui dicunt semper esse fallendum, quam qui defendant numquam esse fallendum. Sed ut in neutro peccetur, utrumque sectandum: quia nec semper declinanda falsitas, nec semper negligenda sit veritas. Fallit te proptus opinio tua: de duobus malis unum fieri bonum non potest. Duos Cassiani errores hic resellit D. Prosper: alterum, quod bonorum operum initia quandoque gratiae, quandoque naturae adiudicatur; alterum, quod interdum fallitate, interdum veritate utendum doceret.

IV. Ferrandus Ecclesie Carthaginensis Diaconus in oratione ad Constantem Reginonem haec habet. Sic saltem sermo vester, Est est, non non est: & sive iuramento intercedente, sive cessante, nitamur in veritate certissimi permanere,

ner. Divina namque est veritas. Unde multum veraciter Filius Dei dixit: Ego sum veritas. Et sicut de caritate recordamur Ioannem dixisse: Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in illo: ita similiter si velimus dicere, non mentitur: Qui manet in veritate, in Deo manet, & Deus in illo manet. Proponimus igitur veritatem cuius utilitatis temporalibus, & tunc rite inveniemur humanis divina preponere.

V. Divus Gregorius Magnus Lib. XVIII. Moral. cap. III. Omne mendacium iniquitas est. & omnis iniquitas mendacium; quia profecto ab aequitate discrepat quidquid a veritate discedat. . . . Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis nonnumquam sit aliquod mendacii genus culpa levioris, si quisquam prestando mentitur. Sed quia scriptum est: Os quod mentitur, occidit animam: Perdes omnes qui loquuntur mendacium: hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cuiuscumque per coram fallaciam defendatur, ne sua anime nocent, dum prestare vitam carni vitantur aliene. . . . Nonnulli vero ex obstrictum fallacia conantur asserere, hoc mendacii genus non esse peccatum, maxime quod, illis mentientibus, scriptum est, quia edificavit illis Dominus domos; in qua magis recompositione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitas eorum merces, que eis in aeterna potuit vita retribui, pro admixta culpa mendacii in terrenam est recompositionem declinata, ut in vita sua, quam mentiendo tueri voluerunt, ea que fecerunt bona perciperent, & ulterius quod expectarent mercedis sue premium non haberent. Nam, si subiliter dependunt, amore presentis vite mentitae sunt, non intentione mercedis. Parvendo quippe conate sunt infantium vitam tegere, mentiendo suam.

VI. Tres alios indicabo: quia posteriores omnes Scriptores mendacia omnia detestati sunt. Anserthus Lib. IX. in Apocalypsim explicans illa verba: Et omnia mendacium pars illorum erit in Regno ardenti, relatis auctoritatibus Gregorii, & Augustini contra mendacium, sic concludit. Unum sane firmiter debemus retinere, nullum mendacii genus in illius manere, quod hic relaxatum non fuerit patientiae, vel qualibet opere pietatis. Sanctus Gregorius VII. Lib. IX. epist. 11. ad Alphonsum Regem Hispaniarum ait: Non ignorat prudentia tua mentiri peccatum esse, si & de verbo otioso in districto examine exigenda est ratio. Sed ne mendacium quidem quod fiat pia intentione: pro pace, a culpa pe-

nitus immuns esse probari potest. Hoc idcirco praelaboramus, ut cum in ceteris illud peccatum esse non dubitaveris, in Sacerdotibus quasi sacrilegium concitatus. Alexander III. Scriptura sacra prohibet pro alterius via mentiri: cap. Super e Extra de usur.

C A P U T III.

Compendiaria narratio eorum omnium que sanctus Augustinus scribit in Libro de mendacio.

I. UT iam capite superiore indicavimus, ante tempora Divi Augustini plures Auctores usum mendacii in extrema necessitate pro vita hominum servandam, aut pro alio damno propulsi, licitum propagabant. Cassianus pre ceteris opinionem Scripturarum auctoritate maniet. Divus Augustinus e contrario inter impugnatore mendacii palmam omnibus præcipit. Omnia adulariorum argumenta, paradoxa, & sophismata sibi opponit; quin ipsæ eas omnes obiectiones excogitavit, eos omnes eventus, seu casus sibi proponit quos summo suo ingenio indicavit mendacio posse favere, ut nihil intactum, nihil indissolutum prætermitteret. Et, quoniam eos omnes calus ventilitat quos recentiores tractant Theologi, eademque omnes difficultates versat, idcirco operæ pretium exillimavi tanti Patris disputatorum ob lectorum oculos referre, ut hinc colligi vere valeant, quantum Augustini doctrina regenerationis inventis diletet. Hunc de mendacio Librum scripti Augustini domo circiter 395. ut observant Patres Benedictini. Omnia ergo que in hoc Libro continentur, ea quo potè brevitate in hoc Compendio redacta illius transcribam. Proœmium præfati Libri sibi verbis incipit.

II. Magna questio est de mendacio, que nos in ipsis quotidianis actibus nostris sepe conturbat; ne aut temere accusemus mendacium quod non est mendacium, aut arbitremur, avertente esse mentientium hæcque quodam, & officioso, ac misericordiam mendacium. Porro (cap. I.) exposito controversiarum statu, & exclusio (cap. II.) a presenti questione verbis iocosis, quorum significatio omnibus patet; illud (cap. III.) animadvertit, sed semper mentem eum qui fallunt enunciat, nec semper a mendacio esse immunitatem qui verum profert. Quippe haud est mendacii contra qui fallunt profertens, reputat esse verum. Reus, mendax habetur qui verum dicit exillimatum fallium. Qua-

propter ille mentitur qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quibus liber significationibus enunciat. Cap. IV. quarit, an ille qui mentitur, debeat habere fallendi animum ubi alias verat difficultates. Cap. V. id quod totius Libri caput est, tractandum assumit, utrum scilicet aliquando mentiri expediat. Quam illi defendunt, opponunt exempla Sacerdotis Iacob, & obituum Egyptianum. Ad dunt incommoda gravissima que interdum manifestationem alicuius veritatis consequuntur; ut mors illius qui nonnisi mendacio liberari potest; & agroti afflictio, si veritas que ei displicet, illi manifestetur. E contrario qui mendacium in omni eventu illicitum existimant, validius argumentantur divinis verbis innixi: atque ad exempla que ex veteri testamento afferuntur, responder, antiquos Patres non esse mentitos, quoniam plura figurate prædicabant. Quod si eorum quampiam qui bona intentione mentiri fuerunt, laudatus reperitur, non oblatorem impugnatorem, ad commodatorem qui fallendi animo mentiantur. In Libris postea novi testamenti, si qualem ipsius Redemptoris figuratas locutiones excipiunt, nulla familia reperiantur exempla, que ad imitationem provocent mentendi. Simulatio autem Petri, & Barnabe non solum non commendata, verum etiam reprehensa, atque correctæ est. Ab istius simulationis culpa immunes offendit Paulum, cum Timotheum circumcidit; ubi plura in Pauli defensione afferunt.

III. Incommoda porro que ex veritatis revelatione conueniunt opponunt, (cap. VI.) nihil faciunt mendacium impugnatorem. Quoniam animum ad divinam intendentes Scripturam, que minatur, Os quod mentitur, occidit animam, ordinis perversionem reputant, propriam animam spiritaliter perimere, ut alter corporaliter vivat. Neque ad hoc caritas urget, que, sicuti nosmetipsos, non pluraquam nosmetipsos, proximum diligere iubet. Quod si a recto ordine recedit qui mentem oppetit temporalem pro alterius corporali vita; quanto magis sanæ doctrine regulam excedit qui æternam suam vitam pro alterius temporali amittit? Illi vero qui loquuntur mendacium, & indignantur, si noli aliquis mendacio perimere animam suam, ut aliquis feneat in carne: quid, si etiam furto nostro, quid, si adulterio liberari possit aliquis de morte? Idcirco non furandum est, aut mendandum? Quid, si laqueum ferat homo, & suprem perat, confirmans quod sibi colium agghit, nisi ei concedatur quod perit; num-

quid assentiendum erit? Quod si absurdum, & nefarium est; cur animam suam quisquam mendacio corruptat, ut alter vivat in corpore? Proinde non est in ista questione attendendum, nisi utrum suapte natura iniquum sit mendacium. Quod cum iam supra ostensum sit; idem erit querere, utrum pro alterius salute mentiri aliquis debeat; ac si querat, utrum pro alterius salute iniquus esse aliquis debeat. Quod si respicit animæ salutem, que non potest nisi aequitate servari; quare, non solum alterius, sed etiam nostræ salutis temporali prætere debemus; quis revocare in dubium poterit, nunquam omnino mentientium esse?

IV. Quoniam vero (cap. VII.) corporis castitas ipsa vita pretiosior est, quare potest, an homo licite mendacio uti valeat, quo pudicitia iacturam vitæ, ut si strupator iacturæ, qui possit mendacio devitari. Facile responderit, nullam esse pudicitiam corporis, nisi ab integritate animi pendeat, nisi interrupta, cadat necesse est, etiam si intacta videatur. Nullo modo igitur animus se mendacio corruptit pro corpore suo, quod scit manere incorruptum, si ab ipso animo in corruptio non recedat. Quod enim violentum, non precedente libidine, patitur corpus, vexatio potius quam corruptio nominandum est. Aut, si omnis vexatio corruptio est, non omnis corruptio turpis est; sed illa quam libido procuraverit, aut cui libido consentient. Quanto autem animus præstantior corpore est, tanto sceleratior corruptitur. Ibi ergo servari potest pudicitia, ubi nulla nisi voluntaria potest esse corruptio. Certo enim, si strupator corpus invaderit, qui nec vi contrari possit, nec ullo conatu, vel mendacio devitari, necesse est fateamur, aliena libidine pudicitiam non violari. Quapropter, quoniam nemo dubitat meliorem esse animum corpore, integritati corporis integritas animi attendenda est, que in æternum servari potest. Quis autem dixerit, integrum esse mentientis animum? Etenim libido quoque ipsa recte definitur appetitus animi quo æternis bonis quilibet temporalia præponitur. Nemo itaque potest convincere, aliquando esse mentientium, nisi qui potest ostendere, æternum aliquod bonum obtineri posse mendacio. Sed cum tanto quisque ab æternitate discedat, quanto a veritate discordat; qui autem mentitur, a veritate discedit: absurdissimum est dicere, discedendo in de posse ad boni aliquod quampiam pervenire. Aut, si esse aliquod bonum æternum quod non

non complectatur veritas, non erit verum; & ideo nec bonum, quia falsum. Sicut autem animus corpori, ita etiam veritas ipsi animo præponenda est; ut eam non solum magis quam corpus, sed etiam magis quam seipsum appetat animus. Si autem Lot, cum ita iustus esset, ut Angelos etiam hospites suscipere mereretur, stuprandas filias Sodomitis obtulit, ut seminarum potius ab eis corpora quam virorum corrupterentur; quanto diligentius, quæ constantius animi castitas in veritate servanda est; cum versus ipse corpori suo quam corpus virile corpori feminæo præferat.

V. Hinc colligere quique valet, nec intentione æternæ salutis assequenda mentium esse; quin subdit (cap. xiii.) æternæ salutis ianua occludi, si mendacio aperiatur. Primum enim salutis fundamentum fides est. Hæc sane vacillat, si semel concedatur, licitum esse viros bonos mentiri, Quomodo enim credendum est ei qui putat aliquando esse mentientium? Nam & tunc mentiri valet, cum præcipit ut sibi credatur. Unde enim sciri potest, utrum & tunc habeat aliquam causam, sicut ipse putat, officio mendacii, exitimans falsa narratione hominem territum posse a libidine cohiberi; atque hoc modo etiam spirituales be conserere mentiendo arbitretur? Quomobrem aut non est credendum bonis; aut credendum est eis non credimus debere aliquando mentiri; aut non est credendum, bonos aliquando mentiri. Horum trium primum perniciosum est, & secundum stultum, Restat ergo ut nunquam mentiantur boni.

VI. Sic illa quæstione (cap. ix.) ex utraque parte considerata, atque tractata, non tamen facile ferenda sententia est; sed adhuc diligenter audiendi qui dicunt, nullum esse tam male factum quod non in devotio-nem peioris faciendum sit; pertinere autem ad facta hominum, non solum quidemque faciunt, sed quicquid etiam cum confessione patiuntur. Unde, si exitit causa ut eligeret vir christianus thurificare idolis, ne consentiret lupro, quod perlocutor ei, nisi faceret, mingatur: recte videtur querere, cur non etiam mentiretur, ut tantam illam turpitudinem devitaret. Iplam enim confessionem, qua stuprum pati mallet quam thurificare idolis, non passionem dicunt esse, sed factum: quod ne faceret, elegit thurificare. Respondet, quod si talis confessio pro facto habenda sit, homicidæ sunt etiam qui occidi maluerunt quam falsum testimonium

dicere. Itaque confessus non est dicendus, quoties non approbamus quod facimus; quin, quantum in nobis est, prohibemus, ne faciant. Erravit proinde ille qui, ut impediret, ne alii in suum corpus peccarent, tunc adlevit idolis. Sed reponunt: Quomodo non facis cum eis; si hoc illi non facerent, si tu illud fecisses? Respondet Augustinus, hoc modo nos frangere ianua cum effraCTORIBUS, qui, si eam non clauderemus, illi non frangerent. Præfatus quæstionem proponit, & dirimit. Debit ne igitur stuprum potius periret quam thurificare? Si quis quid debuerit, neutrum debuit. Si enim dixero, aliquid horum debuisse, aliquid horum approbabo; cum improbum utrumque debuit, utrumque non potuit, sed alterutrum potuit; respondebo, suum peccatum potius quam alienum. Quin levius utrum quam grave alienum vitandum illi est. Denique quæstionis nodum in hoc vertere concludit, num scilicet mendacium desinat esse peccatum, eum quis eo utitur, ut pudicitiam corporalem custodiat.

VII. Si sermo sit de mendacis perniciosis, quæ alienam famam lædunt, respondet Augustinus (cap. x.) nunquam nos licite posse alterius nomen obscurare, ut impediamus sive proprii, sive alieni corporis stuprum. Quomodo enim nec ob eiusmodi mala, vel graviora alia declinanda, licet aliquando in religionis negotio mentiri. Immo nec ideo in doctrina religionis mentientium est, ut ad eam ipsam facilius quilibet perducatur. Fracta enim, vel leviter diminuta auctoritate veritatis, omnia dubia remanebunt: quæ, nisi vera credantur, teneri certa non possunt.

VIII. Quo firmiter constituto, de ceteris mendacis lecius disputatur. Itaque (cap. xi.) omnia mendacia que iniulie aliquem lædunt, removenda sunt, quemadmodum & illa quæ, quamvis non obstant alteri, nulli tamen profunt, & obstant illis ipsis qui mentiantur. Denique vitanda sunt etiam mendacia illa quæ iocosa appellantur, quibus idcirco mentientes utuntur, ut placeant hominibus, amocionemque efficiant hominum conversationem.

IX. Illis generibus sine ulla dubitatione damnatis, sermo (cap. xii.) recurrit de mendacis officiosis, quæ nemini nocent, & alicui profunt. De hoc mendaciorum genere tota est controversia, utrum scilicet hæc mendacia illi nocent qui ea profert, ut alteri profici; & an nocentium quod patitur mentientis, compenietur bono quod mendacium con-

sequi-

sequitur. Respondet, nunquam mendacium licitum esse, etiam si nulli nocent, & alicui profici: alioquin licitum foret furripere diviti perfluis copis redundanti tritici modium donandam pauperi, qui magnum experiret commodum, cum nullum sentiret dives detrimentum; liceret quoque tunc falsum testimonium dicere ad occultandum pauperis furtum. Quo quid dici potest adversus? Sed quia reponi posset, idcirco hoc mendacium illicitum esse, quia eo peccatum alienum obstruitur; propterea consequenter queritur, an liceat mentiri, quando mendacium nulli nocet, alicui proficit, nullamque occulat peccatum. Respondet. Si propterea non peccamus mentiendo, quia nullius peccatum tegentes & nulli obstant, & alicui prosumus, quid agimus de ipso peccato mendacii? Ubi enim positum est, Ne furtum feceris, ibi positum est, Ne falsum testimonium dixeris. An occultare peccatum non licet, & facere peccatum licet? An fortasse falsum testimonium non est, nisi quando quilibet ita mentitur, ut aut crimen confingat in aliquem, aut alicuius crimen occultet, aut quoquo modo querentem in iudicio premat? Si ita est, quid ergo, si ad Christianum confugiat homicida, aut videat quo confugit, & hac de re interrogatur ab eo qui ad supplicium querit hominem hominis interfecit? Mentendum non est? An mentiri ad tegendum alienum peccatum malum est, mentiri autem ad tegendum peccatorem non est malum? Quid, si ad iudicem ductus, de ipso loco ubi se ille occultat, interrogaris? Dicitur es: Aut non ibi est ubi seis eum esse: aut non novi, & non vidi, quod nosti, & vidisti? Dicitur ergo esse falsum testimonium, & occultus animam tuam, ne occidatur homicida? Quid, si deus illo, atque innocente, ubi lateat, sciens a iudice interrogaris, qui tamen ad momentum a maiore potestate nullus est rapti, & ille qui interrogat, executor fit legis, non conditor? An ideo non erit falsum testimonium, quia pro innocente mentiris, quia non iudex, sed executor interrogat? Quid, si ipse conditor legis interroget, aut quilibet iudex iniquus ad supplicium querens innocentem? Quid facies? Falsus testis, an proditor eris? An inter crimen falsi testimonii, & proditoris dabus remanebis? Quanto ergo fortius, quanto excellentius dicet: Nec prodam, nec mentiar. Fecit hoc Epitocopus quondam Tagallensis Ecclesie Firmus nomine, firmior voluntate. Quidni faciemus idem & nos tum coram iudice, tum extra

iudicium, ut impleamus quod scriptum est: *Falsum testimonium non dices*: illiusque supplicium vitemus: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*? Aliquando vero queritur a nobis, non ubi sit, sed utrum sit, an non sit in illo loco occultatus innocens? Ubi si esse scimus tacendo eum prodimus; vel etiam si scellemus, nequaquam non esse dicturos, utrum ibi sit, an non sit, pariter prodimus, ac si digito illum ostenderemus. In hoc ergo articulo sic respondere debes: *Scio ubi sit; sed non quam monstrabo, nec mentiar*. Hæc loquæ responsio valet alio mentem quæsitores distrahere, & ab eo loco in quo innocens occultatus inerat, avertere. Tunc vero, quicquid toleraveris, ne eum prodas, non solum non culpabile, sed etiam laudabile iudicabitur.

X. Ex his quæ hæctenus dicta sunt, patet, inquit Augustinus (cap. xiv.) octo esse mendaciorum genera. De septem iam satis dictum fuit. Reliquum nunc est ut de octavo, & ultimo genere verba faciamur. Hoc autem mendacium est, cum mentitur ut ab aliena vi corporis pudicitiam tueamur. Antequam vero sententiam dicat in hoc mendacii genus, severiore examine testimonia Scripturarum quæ mendacia damnant, suscipit enucleanda. Quod maturum, leverumque examen incipit a c. xv. illudque perducit usque ad cap. xiv. Varias expendit interpretationes, quibus utriusque sententia defensores divinarum Scripturarum textus proprie accommodabant opinioni. Ex quibus omnibus hinc modò studio perpenis illud colligit, neminem posse ex divinis Scripturis ostendere, aliquod reperi mendacium quod amandandum, aut non odio habendum sit. *Sed interdum faciendum est quod odium* (cap. xvii.) *ut quod amplius detestandum est, devitatur. Sed in hoc errant homines quod subdant presiosa villoribus. Cum enim concesseris admittendum esse aliquod malum, ne aliud gravius admittatur, non ex regula veritatis, sed ex sua quisque cupiditate, atque consuetudine meretur malum, & id potius gravius quod ipse amplius exhorret, non quod amplius reveret. Insuper quoniam est, hoc totum ab amoris perversione signatum vitium. Cum enim dice sint vite nostre; nona sempiterna, que divinitus promittitur; altera temporalis, in qua nunc vivimus: cum quisque istam temporalem amplius diligere cœperit quam illam sempiternam, propter hanc quam diligit, putat omnia esse facienda; nec ulla estimat graviora peccata quam que hinc vite facient invidiam, & vel ei commoditatis aliquid inique, & illiciti auferunt, aut eam penitus illa-*

illata morte adimunt. Itaque fures, & raptores, & contumeliosos, & tortores, atque interfectores magis edernnt quam leseros, ebriosos, luxuriosos, si nulli malefisi sunt. Sed his omnibus opposita sunt regulae quae nobis ferendas veritas praescribit. Haec docet nos fortiter, prudenterque tolerare aliena peccata, quae bona corporis nobis adimunt: nam illi soli qui auferunt, peccant, & a vita aeterna impediuntur; minime vero peccant ii qui damna patiuntur. Quae autem sanctitatis, religionisque causa servantur, cum violare iuvius voluerint, etiam peccatis minoribus, non tamen iniuriis alicuius, si conditio proponitur, & facultas datur, reinenda sunt. Et tunc iam illa desunt esse peccata quae propter gravationem vitandam suscipiuntur.

XI. Porro haec sunt (cap. xix.) quae sanctitatis causa conservari debent, pudicitia corporis, castitas animi, veritas doctrinae. Corporis pudicitia sine nostro libero consensu non violatur. Quisdam enim nobis invisi, maiore vi prevalente, contingit in nostro corpore, nulli impudicitia est; & permittendi potest esse aliqua ratio, consentiendi autem nulla. Animi vero castitas est in sincera delectatione, quae non corrumpitur, nisi cum amamus, atque appetimus quod amandum, & appetendum non esse veritas docet. Custodienda est ergo sincere dilectio Dei, & proximi, in hac quippe castitas animi sanctificatur. Veritas autem doctrinae, religionis, atque pietatis non nisi mendacio violatur. Summoque igitur doctrinae veritas a mendacio custodienda est, ut si castitas animi fuerit violata, habeat unde reparatur: quoniam, corrupta auctoritate doctrinae, nullus aut carius, aut recurfus esse ad castitatem animi potest.

XII. Animi castitas sermonis sinceritate custoditur: quae etsi minus violatur, cum quis mendicat, ut pudicitiam corporis custodiat, violatur tamen, & id violatur quod in castitate, & sanctitate animi servandum est. Unde cogimur, non opinione hominum, quae plerumque in errore est, sed quae omnibus superminet, atque una invictissima est, venitate praeserere pudicitiae corporis animi sinceritatem, fidem, quae veracem sermonem. Castitas animi amor est ordinatus, non subdens maiora minoribus. Minus est enim quiddam in corpore, quam quiddam in animo violari potest. Cum quis corpori tuo vim inferat, vides, non tuam, sed alienam irumperere libidinem. Cave tamen ne consentiendo sis participes: quia pudicitia corporalis

non corrumpitur, nisi violetur in animo, quo non contentiente, nullo modo corrumpitur pudicitia corporalis, quicquid fuerit in corpore aliena libidine perpetratum. Quamobrem quod in nobis est, utrumque sanctis moribus, & conversatione munendum est, atque sapientium, ne aliunde violetur. Quando autem utrumque non potest, sed alterutrum periculo iacturae subiacet, nemo non videt, anteponendam esse pudicitiae corporali animi castitatem; & in peccatis magis propriam quam alienam culpam vitandam.

XIII. Elucet itaque (cap. xxi.) discussis omnibus, nihil aliud illa refimonia scripturarum monere, nisi nunquam esse omnino mentium. Quandoquidem nec ulla exempla mendaciorum imitatione digna in verbis, factisque Sanctorum invenientur, quod ad eas attinet Scripturas quae ad nullam figuratam significationem referuntur, sicuti sunt res gestae in Actibus Apostolorum, Nam Domini omnia in Evangelio, quae imperitioribus mendacia videntur, figuratae significationes sunt. Numquam igitur mentiendum: quoniam ex octo mendaciorum generibus, quae supra recensita sunt, nec unum licitum est. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii quod peccatum non sit, putaverit, decipit seipsum turpiter, cum honestum se deceptorum arbitratum aliorum.

CAPUT IV.

Compendium Libri contra mendacium, quem D. Augustinus scripsit ad Consentium.

IN votis erat quaedam animadversio: compendiarie narrationi superioris Libri de mendacio adicere; sed meliore consilio deliberavi, nullo interposito diverticulo, utriusque Libri veluti imaginem quandam adumbrare, ut lectores unico quasi intuitu mentem D. Augustini explorare valeant. Deinde ad utrumque Librum paucas adiciam observationes. Et, antequam ad rem accedam, inquire lubet, cur D. Augustinus Librum capite superiore in compendium redactum, de mendatis incipiens; hanc vero, de mendaciis transcribendum suspicio, quem in praefatione transcribendum donaverit. Diverse titulo contra mendacium donaverit. Diverse inscriptionis rationem ipsemet Augustinus prodit Lib. I. Retrahit cap. ult. Propterea illius inscriptio est contra mendacium, istius autem de mendacio. Quoniam per istam vota oppugnat est aperta mendacii; istius autem magna pars in inquisitionis disputatione versatur. Ut enim penitus exhauriret controverfiam, in

priori Libro de mendacio quodammodo problematica disputavit: adversariorum rationes, non obiter, sed ex professo in medium attulit, atque in pleno lumine collocavit; responsa quoque exhibuit: & quaecumque mendacia illicita demonstravit. In praesenti vero Libro contra mendacium cominus rem est aggressus, atque conferta manu mendacia omnia proflagare suscepit. Hunc edendi Librum occasionem Augustino suppeditavit Priscillianitas, quorum perniciosior erat error, licitum homini esse mendacis, immo & peritius propriae religionis professionem abdicere. Hinc extrinsecus Catholicorum simulantem religionem, cum Catholicis commercia inibat, securusque sub tali larva bellum evangelice veritati indicabant. Et quoniam difficillimam erat lupos istos, ovium pelibus confectos, ab ovili Christi proletere; Catholicorum quidam minus prudentes, ut clavum clavo repelleret, Priscillianitas se se effingebant, quo eorumdem impia dogmata facilius deprehenderent. Hos errores ut proflagaret Augustinus, Librum edidit contra mendacium.

II. Et in primis statuit (cap. 1.) neque mendacia mendacis, neque atrocina atrocis, nec adulteria adulteris exterminanda esse. Priscillianitas est hac (cap. 11.) impta opinio, quae sanctos Martyres ex honorat; immo vero auferit omnino sancta martyria. Mendaciorum multa genera sunt, quae quidem omnia (cap. 11.) universaliter, quae debemus; cum nullum reperire liceat quod veritati oppositum non sit, sicuti luci tenebrae, pietati iniquitas, & sanitati infirmitas. Hac tenet admisa mentiendi opinione, omnis humana societas de medio tollitur. Si enim suspicetur Priscillianitas catholica dogmata nos mendaciter loqui, ut nescio quid aliud occultemus quod verum putamus; certe talia suspicanti dicitur es: Hoc tunc ideo feci, ut caperem te. Sed quid respondebis dicenti? Unde igitur scio utrum etiam nunc id facias, ut capiaris a me? Sed nunc adverte, quod tolerabilis Priscillianitas (cap. vi.) in nostra comparatione mentiantur. Nam Priscillianitas loquitur, quia ita credit. Catholicus autem non ita credit, quamvis sic loquitur. Ille ergo blaspheumat nesciens, iste sciens. Numquam igitur (cap. vi.) in religionis negotio mentiendum. Nam, si licita forent mendacia, animo illuminandi hereticos dicta (cap. vii.) possent quoque causa esse adulterii eodem animo perpetrata. Interest quidem plurimum, quae causa, quo sine, quae

intentione quid fiat: sed ea quae constat esse peccata, nullo bono veluti obentu, nullo quod bono sine, nulla veluti bona intentione faciendi sunt. Bona intentio diminuitur (cap. vii.) quidem interdum potest peccati malitiam; minime vero efficere quin sit peccatum quod suapte natura peccatum est.

III. Verum, quod fatendum est, ita humanos animos quaedam compensativa peccata perturbant, ut etiam putentur (cap. ix.) debere laudari, ac potius recte facta dicantur. Quis enim dubitet grade esse peccatum, si pater prostituit filias suas fornicationibus impiorum? Et tamen exitit causa quae hoc Lot debere se facere exillimavit. Quid hic dicemus? Si hanc aperimus viam, & committamus minora, ne alii maiora perpetrent; lato limite, immo nullo limite cuncta flagitia regnabunt. Sed hic error tunc potissimum (cap. x.) praevalet, cum de mendacia agitur. Si quidem peccata non esse illa mendacia existimant quae profertur: idque Scripturarum exemplis demonstrare contendunt. Quae tamen (cap. xi.) aut mendacia non sunt, aut sunt mysteria; vel, si mendacia, minime sunt imitatione digna. Nam, si Prophetarum, & Patriarcharum dicta, sive facta (cap. xii.) ad eas res referantur propter quas significandas ita facta, vel dicta sunt, reperitur significationes esse veraces. Sunt quaedam huiusmodi etiam Salvatoris in Evangelio, quae & ipse Dominus Prophetarum Propheeta esse dignatus est. Cuius plurima dicta (cap. xiii.) figuratam habent significationem. Qui vero dicit (cap. xiv.) iusta esse aliqua mendacia, iusta pariter asserere debet aliqua peccata. Quo (cap. xv.) quid absurdum dici potest? Ea enim quae contra legem sunt, iusta esse non possunt. Dicitum est autem: Lex tua veritas. Id ergo quod est contra veritatem, iustum esse non potest. Quis autem dubitet, contra veritatem esse mendacium omne? Nec exemplum oblitiscam Aegyptiarum, vel Raab prodest mendacii defensoribus (cap. xvi.) Quisquam non iniquitas linguarum mendacis, sed aequius misericordis animi compensationem meruit temporalem.

IV. Sed dicit aliquis: Ergo ne oblitisceris illa, atque Raab (cap. xvii.) melius fecissent, si nullam misericordiam praestitissent nolendo mentiri? Immo vero illa mulieres Hebraeae, si filiae fuissent caelestis Hierusalem, nec mentire fuissent, & ministeria de occidendis parvulis liberrime recusassent. At, iniquis, ipse mortuae fuissent. At vide quid

inde consecutum fuisse. Regnum æternum obtinuerunt, idest mercedem incomparabiliter ampliozem quam domus illas quas sibi fecerunt. Sed quid dicendum de muliere Hierichantina? Nonne, si quærentes civis non fessellisset mentiendo, verum tantum latentes hospites prodidisset? An potuisset interrogantibus dicere: *Sed ubi sint; sed Deum timo, non vos prodo?* Potuisset hæc dicere, si iam scisset vera liralitatis, in qua dolus non est: quod tunc erat per misericordiam Dei transiens ad civitatem Dei. Veram illi hoc audio, iniquis, illam peremissent, & domum iterati fuissent. Sed nunquid contentus fuerim tuis ut illos etiam quos diligenter occiderat, invenissent? Propeherat enim castissima mulier, & ibi eos potuerat ubi latere possent, etiam si sibi mentienti creditum non fuisset. Ita & illa, si tamen a suis civibus fuisset occisa, pro misericordie onere vitam istam finendam, pretiosa in conspectu Domini morte finisset, & erga illos eius beneficium inane non fuisset. Sed iniquis. Quid, si ad illum locum ubi eos occiderat, si a quibus quærebantur, perscrutando omnia pervenissent? Lito modo dici potest: Quid, si mulier vilissima, atque turpissima, non solum mentienti, verum etiam peccatori, credere voluissent? Nempe etiam hic conjectura fuissent quæ timendo mentita est. Et ubi ponimus voluntatem, ac poterantem Dei? A quo enim custoditi post mulieris mendacium sunt, ab eo potuissent, etsi illa mentita non fuisset, utique custodiri. Nisi forte oblitus sum, hoc fuisse in Sodomis factum, ubi masculi in masculos nefanda libidine accendi, nec ostium domus, in qua crant quos quærebant, invenire potuerunt: quoniam vir iustus in causa omnino similis pro suis hospitiis mentiri noluit, quo Anglos esse nesciebat. Et certe potuisset talia respondere quærentibus, qualia in Hiericho mulier illa respondit. Sed homo iustus noluit pro corporibus hospitiu animam suam maculari mendacio, pro quibus voluit corpora filiarum ab alienæ libidinis iniquitate vim perire.

V. Admonet tamen S. Doctor, non esse lot dignum imitatione in eo quod filias stuprandas obtulit Sodomitis. Unde constat quod non omnia que a sanctis, vel a iustis viris legitur facta, transferre debeamus in mores. (cap. ix. iustus Libri.) Faciat ergo operis quidam cap. xvii.) homo etiam pro temporali hominum salute quod potest. Cuius autem ad hunc articulum veritas fuerit, ut tali saluti con-

fulere, nisi peccando, non possit, iam se exi-
tiner non habere quod faciat, quando id re-
liquum esse postpexit, quod non recte faciat.

VI. Verum, quia homines iustus, & inter homines vivimus, fateorque monendum esse in eorum numero quos compen-
lativa peccata (cap. xvii.) non turbant, sepe me in rebus humanis vincit lenius humanus, nec resistere valeo, cum mihi dicitur: Ecce gravi morbo periclitatur agros, cuius iam vires ferre non possunt, si ei mortuus unicus & carissimus filius pun-
tiantur, si te querit, an vivat, quem videntiam hodie tu noli, quid respondebis, quando, quid aliud dixeris præter unum
de tribus, *Aut mortuus est, aut vivit, aut nescio*, nihil aliud credit ille quam mortuum: quod te intelligit timere dicere, & nolle mentiri? Tantumdenique etiam illi omni modo tacueris. Ex illis autem tribus duo falsi sunt, *vixit, & nescio*: non abs te dici possunt, nisi mentiendo. Illud autem unum verum, idest mortuum esse, si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occultis clamabitur. Et quis ferat homines exaggerantes, quantum sit mali salubre mendacium devitari, & homicidam diligere veritatem? (Ite prætere veritatem homicidam mendacio quod vitam confert.) *Movere hic oppositis debemur, sed mirari, si etiam sapientes.* Cum enim propolitis intelligibilis illius oculus cordis melior ante qualescunque chirodudum de cuius ore nihil falsi procedit; quamvis ubi radians magis magisque daretur veritas, ibi palpantem me reverberat infirmitas: tamen hic amore tanti decoris accendit, ut cuncta que inde me revocant, humana contemnam. Sed multum est ut ille intantum perleveret effectus, ne in tentatione desit effectus. Nec me movet contemplantem luminisolum num, in quo mensaedi tenebra nulli sunt, quod nobis mentiri volentibus, & homicidibus vero auditu morientibus, homicida dicitur veritas. Nunquid enim si suprum expectat impudica, & te non contententem, te, lævo amore perturbata moriatur, homicida erit & castitas? An vero, quia legimus, *Christi bonus odor sumus in omni loco, & in his qui salvi sunt, & in his qui pereunt: alius quidem odor vita in vitam, alius autem odor mortis in mortem;* etiam odorem Christi pronuntiabimus homicidam? Sed quia homines iustus, & nos in huiusmodi quæstionibus, & contradictio-

nibus plerumque sperat, aut fatigat sensus humanus; ideo mox & ille subiecit: *Et ad hoc quis idoneus?* (1. Cor. 11. ver. 15.) Huc accedit, ubi miserabilis eu-
landum est, quod si concellerimus pro salute illius ægri de vita filii eius fuisset mentium, ita paulatim, minuatumque fluctu-
crebit hoc malum, & brevibus accessibus ad tantum acervum mendaciorum sceleratorum sensum subintrando perducitur, ut nunquam possit penitus inveniri, ubi tanta peccati per minima additamenta in immensum convalescentia possit oblitari. Unde providentiam scriptum est: *Qui modica spernit, paullatim decipit.* Quid quod vitæ huius tales amatores, ut eam non dubitent prætere veritati, ne homo moriatur; immo ut homo quandoque moriturus, aliquando lenius moriatur, non tantum mentiri, sed etiam peccare nos voluit, ut videlicet, ne aliquantum citius transeat vana salus hominis, nomen Dei falsi accipiamus in vaporem? Et sunt in eis docti, qui etiam regulas figant: sineque consultant, quando debeat, quando non debeat peccari. *O ubi fontes lacrymarum? Et quid facimus? Quo sumus? Ubi nos occubimus ab ira veritatis, si non solum negligimus cavere mendacia, sed audemus insuper docere peritiam? Videmus enim insuper alios, defensoresque mendacii, quale genus, vel qualia genera mentiendi eos iustificare delectat. Saltem in Dei cultu concedant nos esse mentiendum, saltem se se a peritiam blasphemie continent.* Saltem in Dei nomen, ubi Deus testis, ubi Dei sacramenta interpretantur, ubi de divina religione sermo promitur, sine conscientia, nemo mentitur, nemo laudet, nemo doceat, & præcipiat, nemo iudicium dicat esse mendacium. De ceteris mendaciorum generibus eligat sibi quod putat esse mitissimum, atque innocentissimum mentiendi genus, cui placet esse mentiendum. Hoc scio, quod etiam qui docet oportere mentiri, verum docere le vult videri. Nam, si falsum est quod docet, quis falsæ vestit studere doctrinæ, ubi & fallit docens, & fallitur discens? Si autem, ut aliquem possit invenire dicitur esse mentiendum; quomodo erit illum ex veritate mendacium, Ioanne Apostolo reclamante: *Omne mendacium non est ex veritate?*

VII. Non est ergo verum (cap. xix.) aliquando esse mentiendum: & quod non Conc. Theol. Tom. III.

est verum, nemini est omnino suadendum. Sed ægit partes suas infirmitas, & causam vincibilem faventibus turbis le habere proclamat: ubi contradicit, & dicit: *Quomodo apud homines, qui proculdubio si falluntur, averuntur a pernicie vel aliena vel sua, periclitantibus subventurum hominibus: si nos humanus ad mentiendum non inclinet affectus? Si patienter me audiat turba mortalitatis, turba infirmitatis, respondeo aliquid pro negotio veritatis. Certe pia, vera, sancta castitas nonnisi ex veritate est: & quicquid adversus eam facit, profecto adversus veritatem facit. Cur ergo, est non possit aliter periclitantibus subveniri, non committit suprum, quod ideo est contrarium veritati, quia contrarium est castitati; & ut periclitanti subveniat, loquor mendacium, quod ipsi aperitissime est contrarium veritati? Quid apud nos tantum promerit castitas, & offendit veritas? Cum omnis ex veritate sit castitas, & sit non corporis, sed mentis castitas, veritasque in mente habet, sicut & corporis castitas. Sed perfectior est, aliquid, solidus cibis. Multa enim secundum veniam relaxantur infirmitati, quamvis finitissime nequaquam placeant veritati. Dicit hoc quisquis non metuit quæ consequentia metuenda sunt, si fuerint aliquo modo aliqua permilla mendacia. Nullo modo tamen tantum sunt permittenda consentiendo, ut ad peritiam, blasphemiamque perveniant. Ne aliquam causam proius oportet obtendi, cur debeat peccari, vel quod est execrabile, cur Deus debeat blasphemari. Non enim, quia pro mendacium blasphematur, ideo non blasphematur. Potest quippe hoc modo dici non petari, quia pro mendacium peccatur. . . . Quisquis itaque dicit pro periclitantis hominis salute temporalis, vel vitæ esse mentiendum, nimis ipse abstinere exorbitat æternæ salutis, & vitæ, si dicit in ea causa etiam iurandum pro Deum.*

VIII. Sed aliquando (cap. xx.) nobis ipsius quoque salutis æternæ periculum opponitur, quod non tantum mendacio, si aliter non potest, depellendum esse clamatur. Veluti, si quicumque baptizandus in potestate sit impiorum, atque infidelium constitutus, ad quem perveniri non possit, ut lavacro regenerationis abinatur, nisi deceptis mentiendo custodibus. Ab hoc inviolabilissimo clamore, quo cogimur . . . pro æterna hominis salute mentiri, quo contumugium, nisi ad te veritas? Et mihi abs te

proponitur castitas. Cur enim, si custodes sili, ut nos ad baptizandum hominem admittant, supra illi possunt, non facimus contraria castitati; & si mendacio decipi possunt, facimus contraria veritati, cum procul dubio nulli esset fideliter amabilis castitas, si non eam precipere veritas? Proinde, ut perveniatur ad hominem baptizandum, fallantur mentiendi custodes, si hoc iubet veritas. Sed quomodo iubet veritas, ut homo baptizetur, esse mentiendum, si non iubet castitas, ut homo baptizetur, esse mendacium? Cur autem hoc non iubet castitas, nisi quia hoc non docet veritas? Si ergo, nisi quod veritas docet, facere non debemus, cum veritas docet nec propter hominem baptizandum facere quod contrarium est castitati; quomodo non docebit facere propter baptizandum hominem quod ipsi est contrarium veritati? Sed sicut oculi ad intrandum Solem parum firmi, ea tamen que a Sole illustrantur, libenter intuentur; sic animæ iam valentes delectari pulchritudine castitatis, non tamen omnino per se ipsam considerare veritatem, unde lucet castitas, possunt ut cum ventum fuerit ad aliquid faciendum quod adversum est veritati, ita resurgant, & exhorrent, quemadmodum resurgunt, & exhorrent, si faciendum aliquid proponatur quod adversum est castitati. Ille autem filius qui verbum accipiens a perditione longe aberit, & nihil falsi ex eius ore procedit, tam sibi clausum deputat, si ad subveniendum homini per mendacium, quam si per stuprum transire cogatur. Et Pater exaudit orantem, ut valeat sine mendacio subvenire, cui vult Pater ipse, cuius inscrutabilia sunt iudicia, subvenire. Talis ergo filius ita observat a mendacio, sicut a peccato. Nam & mendacii nomen aliquando pro peccati nomine ponitur.

IX. Aut ergo cavenda mendacia (cap. XXI. ult.) recte agendo, aut confitenda sunt ponitendo: non autem cum abundant infeliciter vivendo, augenda sunt & docendo. Sed eligat qui hoc putat, unde subvertit periclitanti homini ad quamlibet salutem, qualiacunque mendacia, dum tamen & apud tales obtineamus, nulla causa nos ad peterandum, & blasphemandum oportere perducit. Ista saltem scelera vel ampliora stupris, vel certe non minor indicemus. Namque cogitandum est, si per se, homines, de quarum adulterio

suspiciantur, ad iusiurandum provocare coniuges suas: quod utique non facerent, nisi crederent, etiam illas que non timerentur, perpetrare adulterium, timere posse periurium. Quia & revera nonnulla impudica, que non timerentur illicito concubitu viros fallere, eisdem viros quos fefellerant, timuerunt Deum testem fallaciter adhibere. Et si tantum sibi ultrapat infirmitas, ut ei aliquid venialiter permittatur quod improbat veritas; tamen, ut inconcussè teneas, & defendas in divina religione nunquam omnino esse mentiendum: latentes vero, sicut nec adulteros per adulteria, nec homicidas per homicidia, nec maleficos per maleficia; ita nec mendaces per mendacia, nec blasphemos per blasphemias esse querendos, secundum ea que tam multa in hoc volumine disputavimus, ut vix ad eum terminum quem loco isto fiximus, veniremus.

CAPUT V.

Quam opportuna sit Augustiniana doctrina ad controversiam de iuramento doloso divinendam, ex sequentibus propositionibus palam fiet.

UT quisque percipere facillime valeat, quam opportune controversie difficultate de iuramento doloso præmierim Augustinianam adversus mendacium doctrinam, lubet in antecessum quasdam propositiones generales exponere, quæ veluti cœlestia ex D. Augustini doctrina colliguntur. Has propositiones simplici narratione ob oculos ponam: quoniam infra, cum recentiorum doctrinam explicaverim, de eisdem sermo recurret.

PRIMA PROPOSITIO.

II. Omnes difficultates quas recentiores versant, omnesque casus praxim spectantes in materia equivocationum, & restrictionum, D. Augustinus in Libris de mendacio, & contra mendacium sub examen inducit. Si quidem sub initium disputationis restat se velle sermonem instituire de iis locutionibus mendacibus que in quotidianis sermonibus multum animum conturbant: duoque suæ tractationis momenta prodit: alterum, ne quis perperam mendacii damnet id quod mendacium non est; alterum, ne licitum aliquando habeatur mendacium. Magna questio est de mendacio, quæ nos in ipsis quotidianis actibus nostris sepe conturbat; ne aut te-

mere

mere acutissimus mendacium quod non est mendacium, aut arbitrum aliquando esse mendacium hanc quædam, & officioso, ac misericordiam mendacio. Lib. de mend. cap. 1.

SECUNDA PROPOSITIO.

III. Cardio disputationis Augustiniana in duobus recentibus Libris potissimum in eo vertitur, ut rationes præbeantur pro veritatis occultatione in negotiis summi momenti, ut pro tuenda vita, pudicitia, filiiis custodiendis. Augustinus autem nulla suo divino ingenio reperire remedia potuit præter hæc que sequuntur. Primum est silentium: inquit namque Lib. cont. mend. cap. x. *Plerumque enim vera non mentium occultamus, sed taceo. Alterum est aperta, & invicta significatio, qua quis protestatur, se scire veritatem, sed nolle eam prodere. Scio ubi sunt, sed Deum timeo, non eos prodere. Nec prodam, nec mentiar.* Nullam aliam viam occultandi veritatem agnovit Augustinus. Non restrictiones intertæas, non materiales locutiones, non verborum amphibologias, non alia iuniorum inventa.

TERTIA PROPOSITIO.

IV. Evidens est, recentiorum plurium doctrinam de mendacio fuisse Augustino, ceterique tum antecessoribus, tum posterioribus Patribus, & ipsis mendacii defensoribus, omnino ignotam. Immo tamquam falsam illam improbantur, eo quod definitur, non occultare non posse veritatem nisi vel silentio, vel aperta significatione nolendi eam prodere.

QUARTA PROPOSITIO.

V. Nullum, ut ego quidem existimo, inter Cassianum, alioque mendaciorum ultimos defensores, & recentes quosdam Theologos in controversia hæc reperitur dicrimen, nisi quod antiqui mendacium vocabant mendacium in extrema, aut gravissima necessitate dictum, nimirum ad occultandam veritatem in rebus summi momenti, ut ad tuendam corporis pudicitiam, vitam, alienaque æternam salutem procurandam, idque licitum afferrebat: contra recentes plures aiunt, mendacium in his eventibus, immo in rebus longe minutioribus, non esse mendacium; sed dictum amphibologicum, aut æquivocum, aut restrictionem, quæ olim dicebatur

mere mentalis, nunc externa nuncupatur, vel denique locutionem nihil significantem.

QUINTA PROPOSITIO.

IV. Omnia argumenta quæ recentiores afferunt in favorem restrictionum mentalium, potissimum ea quæ ex facta Scriptura repetunt, Cassianum cum ceteris Patribus sententia patris produxit ad ostendenda licita mendacia.

SEXTA PROPOSITIO.

VII. Deterioris conditionis est opinio plurimum recentiorum quam antiquorum qui mendacia officiosa adhibenda esse dicebant, tamquam extrema remedia ad evadendam mortem, ad tuendam alterius vitam, ad procurandam æternam salutem proximi; recentiores vero qui propugnant restrictiones omnino mentales, quas mendacia esse iam definitum esse docent, homines posse eisdem uti, quoties id utile esse cognoverunt ad salutem corporis, honorem, & res familiares tuendas.

SEPTIMA PROPOSITIO.

VIII. Aliqui recentiores qui scripserunt post damnatam ab Ecclesia opinionem restrictionum mentalium, laxius scripserunt, ut ego quidem arbitror, salvo semper meliore iudicio, quam antiqui, & moderni alii restrictionum mentalium patroni. Si quidem ultimi recentiores quidam, ommissis restrictionibus mentalibus, quæ proscriptis, docent, homines nullo modo opus habere his restrictionibus, immo debere eos mentem defatigare, & torquere in venandis verbis ambiguis, vel in æquivocorum verborum colloccatione, vel in aptandis mentis restrictionibus ipsis verbis, ut vult Sanchez, de quo infra. Ab his, inquam, incommodus præfati ultimi recentiores liberant fideles, docentque eos debere ad tuendum, non vitam, non pudicitiam, sed res suas familiares in frontem importuni interrogatoris vibrare rotundum nego; nimirum debere absolute, & sine incommodo restrictionis, aut æquivocationis, eos negare se habere mercem, cuius pretium emptor nunquam solviturus querit: quoniam tunc verba nihil significant, & homo loquitur tamquam pluiticus.

OCTAVA PROPOSITIO.

IX. Quod in doctrina quorundam recentiorum, aut restrictionem, quæ olim dicebatur

tiorum summopere deplorandum videtur, illud est quod non modo aspidem, non esse mendacia, quae antiquis mendacia sunt; verum etiam doceant, locutiones quas ipsi materiales vocant, licite posse iuramento confirmari.

CAPUT VI.

Historica narratio doctrinae quam recentiores plures excogitarunt ad occultandam veritatem. Recententur restrictiones pure mentales, non pure mentales, & arguuntur, & ambiguitas, & locutiones materiales.

Postquam D. Augustinus suis Libris ex professo mendacia impugnavit, omnes christiane professionis Doctores Augustino asseruerunt, & mendacia detestati sunt. Superfluum duco Patrum, & Doctorem cuiusque seculi censum texere: quoniam nemo unius nunc dubitat, quin Patres post Augustinum, & Theologi catholici omnes mendacia peccati damnent, & in quocumque evertunt, ut illicita remedia ad occultandam veritatem sentiant. At, quia occultatio veritatis frequentissime necessaria est, tum ad custodienda secreta, tum ad innocentiam, pudicitiam, vitamque corporis, & aliae domestica bona tuenda; idcirco omnes ingenii vires exercuerunt Doctores, ut remedia huic fini assequendo necessaria praeberent. Augustinus suo prope divino ingenio non alia nobis remedia, quibus veritatem in mente nostra occultat custodiremus, reliquit, nisi haec, *Silentium, Scio, sed nec preadam, nec mentiar.* Sequentes Patres nihil aliud excogitarunt. D. Thomas, sicuti in ceteris, ita in hac materia Augustinianam doctrinam adoptavit. Scriptores nobis viciniore, S. Raymundus, S. Antoninus, Caietanus, Sylvestri, Soto, Navarrius, Angelus, alique, verborum aequivocorum, eorum tamen quae usapte natura sensum exterum duplicem habent, inveniunt usum, quem tamen prius aliqui indicaverant. Tandem decimo saeculo eadente, & decimo septimo ineunte lecto, eum morum Theologia acris sussulgu in scholis & academijs tractari cepit, restrictionum mentalium inventum prodiit: & brevi intervallo temporis adeo invaluit, ut non Casuistae modo, verum etiam Theologi qui prima implebant sublellia, eadem mentales restrictiones ad veritatem custodiendam licitas oppugnant. Ut ergo lectores exquisitam habeant notitiam doctrinae quam eiusmodi

Theologi tradiderunt, eam isthuc transferriam propriis ipsorum Auctoribus verbis expressimus. Si enim in compendium Augustini doctrinam contra mendacium redactam ab oculis positi, quo comperia esset illius temporis controversia, congruum est ut istorum quoque Theologorum sententiam promamus. Porro ceteros inter recentiores Theologos, qui latus, limulque laxius controversiam hanc pertractarunt, sunt Sanchez, & Tamburinus. Istorum ergo doctrinam synopsim perstrinximus.

II. Sanchez Lib. III. in Decal. cap. vi. n. 15. „ Postquam abique mendacio verba usurpari, licet ex sua significatione non sint ambigua, nec eum verum sensum admittunt ex se, nec ex circumstantiis occurrentibus; sed tamen verum sensum reddant ex aliquo mente proferentis retento, quodcumque illud sit, ut *Si quis (hic incipit propositio damnata ab Innocentio XI.) vel solus, vel coram aliis, sine interrogatus, sine propria sponte, sine recreationis causa, sine quocumque alio sine iure se non fecisse aliquid quod verum fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam, (Sanchez habet aliam diem: & haec est vera lesio: mendacium liquidum inrepsit in propositionem damnatam) vel quodvis aliud additum verum; revera non mentitur, nec est perjurus. (Huculque propositio damnata.) Sed tantum (persequitur Sanchez) non dicit veritatem determinatam, quam audientes concipiunt, & verba in se significant, sed aliam veritatem disparatam. „ Plures huius opinionis patronos recenset, nimirum Navarrum, Valentiam, Salonem, Toletum, Manuelem, Philiarcum, Suarez, Leonardum. Probat vero suam sententiam auctoritate Christi Domini, qui Ioan. vii. dixit: *Non ascendam ad diem festum: &* tamen (inquit Sanchez) istam ascendit: que tamen oratio vera fuit ex addito mente Christi retento, scilicet, *non ascendam manifeste: quom sensum ea verba ex se non faciunt. „ Plura alia argumenta tum ex Scriptura, tum a ratione petita promit, quae missa facio, ut alias huius doctrinae regulas describere persequar.**

III. Eodem capite n. 10. haec habet. *Causa vero utendi his ambiguitatibus est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quae libet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censetur tunc expediens, & studiosa. Haec est propositio xxvii. ab*

Inno-

Innocentio XI. damnata. Addit vero n. 22. sub finem; causam utendi his ambiguitatibus esse posse iocum, seu recreationem. Verum, inquit, si iuramento adesset, esset manifesta culpa. *At sola esset venialis.*

IV. Idem n. 24. *Postquam relictis aequivocantibus uti, etiam si alius iuridice rogatur, quotiescumque tenetur ob aliquam causam ferre testimonium, ut quia notabile damnum ipsi legitur &c. Quia cum ea causa excusante non tenetur, vere dicit se nescire, non vidisse, non audivisse, intelligendo, ita ut dicere tenetur.*

Idem n. 29. haec scribit, „ Quando taxa alicuius rei est iniusta, si plures vendens, aut defraudans in pondere, & mensura, ita ut sibi satisfaciatur pro pretii iniustitia, & reddat correspondentes merces pretio dato, possit hic rogatus a iudice, an plures vendiderit, vel defecisset in pondere, & mensura, id negare, asserereque se pretio non vendidisse, & integre pondus, & mensuram tradidisse, intelligendo haec: *ita ut plures vendens, aut deficiens in pondere, & mensura deliquerit.* Quippe abique delicto utrumque fecit. Atque ita vere dicit, se integre tradidisse, nempe quatenus tenebatur eo pretio accepto, nec excessisse delinquendo. *Atque ad hoc satis est opinio, nem esse probabilem, eam taxam non obligare. „ Non modo restrictiones mentales, sed mendacia hic docentur: verum etiam Reipublicae regimen penitus convellit. Si opinio probabilis satis est ut subditi valeant Principatus sanctiones contemnere, & aliaque quas ipsi probabiliter iustiores existimant, substituere, actum sane est de Republica.*

VI. Idem n. 31. haec scribit, „ Quinto deducitur, eum cui licitum est aliqua bona abcondere, eo quod illis ad vitam sustentandam egeat, ne a creditoribus capiantur, & sic cogatur mendicare, posse rogatum a iudice iurare se nulla bona abcondita habere (atque idem possunt iurare id scientes, dummodo ipsi consiliet, licite eum abcondere ad hunc finem) intelligendo secum: *non habere bona abcondita quae iudici manifestare tenetur. „ Sermo est non de exterris, sed gravi necessitate. Vult siquidem, debitorem posse retinere bona creditoris, ne cogatur mendicare, & insuper iurare se ea non retinuisse. Quid validius ad fraudes invendendas omnes, & debitorum solutionem eludendam?*

VII. Idem n. 22. „ Sexto deducitur, quoties quilibet a cuiusvis debiti obligatione

Cen. Theol. Tom. III.

liber est, posse rogatum a iudice de illo id negare, intelligendo intra se: *ita ut debet: quia responderet ad debitum iudicis mentem. Quia ratione optime Covarruvias, Cepola, & Azorius docent, eum qui numerum mutuo acceptos solvit, posse a iudice rogatum de mutuo, iurare se illud non accepisse, intelligendo: ita ut tenetur solvere. Idem docent Suarez, Palardus. Atque idem dicendum est, si quacumque alia ex causa ab eo mutuo solvendo liber esset. Atque ideo credo, si tunc non tenetur solvere, eo quod terminus ad quem mutuum datum fuit, non est impletus, vel praepa-*

portate excusatur debitor a tunc solvendo. VIII. Idem n. 36. „ Nono deducitur, creditorem virtute instrumenti publici exigentem coram iudice debitum, vulgo executendo pro la deudat, posse iure urando aliter ferre quantitatem ea in instrumento contentam sibi debitam prout iure debetur: est pars illius summae debite soluta sibi sit; si tantumdem pecuniae, quantumdem solum est, sit alia via sibi debitum; de quo nullum est instrumentum publicum, virtute cuius exigatur. . . . dummodo tamen praedictum non contingat alterius creditoris.

IX. Idem num. 37. „ Decimo deducitur, si per iniuriam extorquetur promissio iurata alicuius pecuniae dandae, licere iuranti uti aequivocatione: Iuro tibi me numeraturum pecuniam, intelligendo ut ille casus tibi negatur a verbo iuro; itaut sensus sit: *Tibi iuro fore ut numerem pecuniam, sine tibi, sine alteri; quod ea oratio patiatur utrumque sensum.* „

X. Idem num. 38. „ Sed an liceat tunc iurare, retinendo mente hanc conditionem: *Iuro me daturum, si tibi seculo iuramento iuro debitorum.* Aliqui negant, ducti, quod ea verba hanc ambiguitatem non patiuntur in communi hominum sensu. Caietanus, Aragon, Soto. At retenta nostra sententia numero decimo quinto tradita, dicendum est, id licere. Quia nihil refert verum ab eam ambiguitatem non pati, & cogit necessitas ea uti. „ Porro numero decimo quinto citato docet: *Cui ergo erit mendacium uti verbis ex se non ambiguit, si ex conditione in mente retenta verum sensum efficiunt? . . . Hoc est utilissimum ad regenda multa quae regere opis est, nec regi abique mendacio possent, nisi modus hic esset licitus. Quia verba ex se ambigua non passim inveniuntur.*

XI. Idem n. 39. „ Undecimo deducitur,

S 3

„ coa-

coactum aliquam accipere in ipsam quam ducere non tenetur, posse iurare se accepturum, intelligendo intra se: *si teneor, vel si postea placebit mihi.*

XII. Idem n. 42. Decimo tertio adulteram rogatam a marito, an adulterium admiserit, posse iurare se non fregisse matrimonium. . . Similiter potest iurare se non fecisse, intelligendo intra se, ut tibi revelem.

XIII. Idem n. 43. Decimo quinto deducitur, eum a quo mutua pecunia petitur, quam revera habet, posse iureiurando affirmare se eam non habere, intelligendo intra se, ut mutuo det, quando non tenetur mutuare. Ita Navarrus, Philiaricus, Sayro . . . At contrarium tenent Corduba, Lopez, Henriquez. At credo proceus sententiam esse veritatem, quo ad hoc ut ille non sit perurus: quia in suo sensu verum dicit; cum sensus sit: Non habeo, ut tibi mutuare velim. *Quare ad veritatem huius iuramenti nihil refert, utrum illi se teneatur mutuare, nec ne. Et ita non oportet addere illam limitationem quam predicti Doctores addunt, quando non tenetur mutuare.*

XIV. Idem n. 44. Ultimo deducitur, poenitentem temere rogatum, an hoc, vel illud peccatum factus sit, posse iurare se non confessum, intelligendo, ita ut teneatur illi explicare.

XV. Ut plenior recentioris Theologiae noticia habeatur, lubet pauca adicere ex Tamburino, qui praeter ceteris antiquae doctrinae regulas temperavit, atque humanitati accommodavit. *Libro itaque II. in explic. Dec. cap. 11. §. 2. n. 1. haec docet.* Quoties est, an liceat iuranti accipere verba in alio sensu ab illo quem ex praesertim. Inro v. g. per Deum, me hac nocte non dormivisse, intelligendo, vestitum: me non habere pecuniam, intelligendo, quam tibi elargiri velim: uxorem, vel maritum matrimonii leges non fregisse, intelligendo manifeste: non deberi a me tibi centum, intelligendo, ita ut ea non possim mihi componere cum aliis centum, quae tu mihi debes &c.

Resp. Licere, ut iidem docent (nempe Lessius, Caltropalaus, Rebellus, Bonacina) & docetur passim, praescindendo tamen a damno quod dolose hoc iuramento iniuste facerem; etiam si quis non sit rogatus iurare, sed te offerat.

XVI. Idem ibi n. 4. Quando verba nul-

lo modo ex se patiuntur talem equivocationem, seu mentis restrictionem; licet nec aliud intelligere solum ex mea mera voluntate? Inro v. g. me non dormivisse, intelligendo me non comedisse. Quo pacto materialiter solum dico me dormivisse, non significative.

Resp. Sanchez negat licere, quia non est in cuiusvis arbitrio significationem verborum imponere. Verum hac ratio non potest avellere a probabilitate, quod liceat.

XVII. Martinus Bonacina fere omnes propositiones quas ex Sanchez retulimus, exscripsit, & laxitatem clarius docuit. Unam & alteram istic transcribam. Itaque *Tom. II. disp. IV. q. 1. punct. 12. n. 5.* hac habet.

Quinto eum qui habet iustam causam ce-landi aliqua bona, ne capiantur a creditoribus, qui sibi necessaria sunt ad vitam sustentationem, & sine quibus cogere tur mendicare, posse negare se occultasse, intelligendo, quae non possent occultare, vel quae teneatur manifestare. Idem respondere possent testes scientes ipsum licite occultasse: tum quia hac responsio non est contraria intentioni interrogantis, sed potius est ipsius menti conformis: tum quia adest iusta causa utendi restrictione, vel amphibologia.

XVIII. Idem Bonacina *ibidem*. Sexto adulteram, quae petitur a marito, an sit adulterata, posse negative respondere, intelligendo, ut teneatur illi revelare.

XIX. Idem Bonacina *ibid.* n. 8. Hinc colligi potest, venditores, qui cum non possent alia via pretium iustum ab improbitate re obtinere, iurant rem tanti sibi fecisse alio sensu quam emptor participat, non solum ad quidquam non teneri praesertim ratione iuramenti, ut patet ex primo quaestio; verum neque videri moraliter peccatorem, si non afferant damnum notabile pariter, nec intendant eo pacto decipere, aut obtinere aliquid super iustum, aut extorquere pretium rigorosum, quo noluisse emptor emere.

CA.

CAPUT VII.

Summus Pontifex Innocentius XI. principia praefatarum propositionum damnavit. *Posterior Theologi nova excogitavit inventa, quibus veritatem occultarent. Ipsorum doctrinae variae, variorumque principiorum synopsi habebat.*

I. Aetnequam ultra provehor, illud declarare conentis, propositiones quas praecedenti capite descripsi ex Sanchez, Tamburino, & Bonacina, non esse dumtaxat ipsorum Doctorum partus; quin, ut colligere ex Libris licet, non modo Casuistas, & Summistas, sed insignes etiam Theologos cuiuslibet fere ordinis & status eisdem docuisse, Suarez, Valentiam, Caltropalaum, Dianam, Vincentium Ferre, Candidum, Leandrum, Moyam, Trullenchum, Conradum, Hurtadum, Philiaricum, Filiucium, Dicaetillum &c. ne longior sim, satis mihi sit dicere se quod testatur Lumbier apud Cardenas in *proposito damnato*, *disp. XIX. cap. 1. n. 5.* nimirum plures quam quinquaginta Doctores iustissime sententiam damnatam de restrictionibus mentalibus, & consequenter recentitas propositionis, quae omnes, tamquam ex fonte, ex doctrina restrictionum mentalium damnata dictum volent. Quod idcirco potissimum dictum volo, tum ne invidiam consilae videar tribus praefatis Auctoribus, tum ut exactior sit historica narratio. Quod autem Gabriel Daniel in suis colloquiis Cleandri, & Eudoxii asserit sub finem dissertationis de mentis restrictionibus, recentitas propositiones, aialiquae quas Innocentius XI. damnavit, ipsum demum *sententiam*, hoc est acceptas praesertim *verba* *invenit*, non ut *invenit in Auctoribus, unde excerpta sunt Libris*, idem omnino est quod dicunt lansennitae de quibus propositionibus, quae *ut* *invenit* damnant, sed eas in sensu damnato non reperiri in lansennio, contumaciter faloque contendunt.

II. Damnata itaque a sanctissimo Pontifice Innocentio XI. anno 1679. doctrina restrictionum mentalium, ad alia pro veritatis occultatione invenienda remedia mentem homines intenderunt. Adeo namque invaluerat restrictionum mentalium usus, ut iam inde tum quando censura Romanae Ecclesiae in praefatam doctrinam prodit, Fideles turbati, scriptis animi, habitacionibus concuti coeperunt. Alii Confessarios, alii Theologos adhibant, consilium petunt super secreto regendo, Theologi ad incitas redacti, quo sese ver-

terent, ignorabant. Nullum siquidem evadendum mendacium aliud illis periculum innovaret praeter mentales restrictiones: quibus damnatis, de leacro cultuendo animos desponderant. D. Augustini, aliorumque Patrum doctrina, quae iubet nec prodere veritatem, nec mentiri, fed aut silentio, aut virtute fortitudinis, aperta fronte custodire, nimis aspera, & inguis humanas vires excedens illis videbatur. Praeterquam quod illius temporis Theologi plures, neglecto studio Patrum, eorumdem auctoritatem parvi faciebant, atque humanum ratiocinium, iuave etatis Theologos, & Casuistas, ac Summistas pro morum regula habebant.

III. Hinc damnata restrictionum mentalium doctrinam variis interpretamentis delineare, atque variis distinctionibus de censura purgare coeperunt. Quandoquidem primum omnium duplex mentalium restrictionum generum distinguerunt: alterum restrictionis *pure mentalis*; alterum restrictionis *non pure mentalis*. Primum damnatum a Pontifice, secundum licitum adfirmabant. Porro haec distinctio diffidit inter eos occasio fuit. Nam ea locutio quae tibi restrictio omnino interna, & *pure mentalis* est, alteri restrictio externa, & *non pure mentalis* videtur. V. g. si a Petro, inquit Salmanticenses *tract. XVII. cap. 1. punct. 8. num. 106.* plures pecunias habente, mutuo petas earum aliquam, & ille respondeat, *Non habeo pecunias*, adiungendo mentaliter *ad tibi donandum*; haec locutio non amphibologica, atque illi, sed restrictio mentalis est dicenda. Alii autem Theologi restrictionem mentalem non internam, sed externam, seu non pure mentalem, volunt esse dictam locutionem, quando mutuaribus restituere mutuum non solet, aut solutionem illa definitum tempus prorogat, & mutuanis damnatum patitur: tunc enim, inquit, ex circumstantia exteriori restrictio non est pure mentalis, fed externa, adeoque licita; de qua suo loco.

IV. Praeter mentales restrictiones alia quoque remedia excogitavit novi Theologi, quibus occultare, saltem obese naris hominibus, veritatem possent. Haec autem sunt verba amphibologica, & aequivoca. Quae pauciter duplices sunt generis. Alia quae secundum communem intelligentiam, & acceptationem duplicem habent sensum, & utrumque aequaliter producat, ut in hac apparet locutione: *Aio te, Eacides Romanos vincere posse*: quae locutio duplicem sensum excipit: nimirum vel quod Eacides Romanos vincere valet, & hic

& hic in praefata verborum collocatio videtur obvia; vel quod Romani haec vincere possint. Alia sunt verba quae similiter duplicem sensum habent: unum commune & proprium; alterum minus proprium; ut *fidicas*, *Sebastianus est bonus* &c. in communi acceptione significatur quod sit virtute praeditus; in sensu minus proprio, quod sit simplex, seu obtusa mentis. His locutionibus aequivoce, & amphibologicis veritatem occultari posse, iusta urgente causa, communiter tradunt recentiores Theologi; nec dissentunt omnino antiqui, ut infra explicabimus. Huiusmodi tamen locutiones amphibologicae non immerito restrictiones vocantur non omnino mentales, sed aliquo externo signo, seu verbo aliquantulum obscuro, intelligibili tamen, externa consistunt.

V. Tandem Theologi non pauci, missis restrictionibus mentalibus utriusque generis, & locutionibus amphibologicis, seu aequivoce, altam inveniunt viam. Si quidem experientia didicere, nec semper in repentinis potissimum eventibus verba ambigua, & aequivoce praesto esse: nec frequenter satis esse ad veritatem tegendam, nec omnes homines eadem esse peripetia, & acumine homines, ut valeant tibi artificia verba disponere, quae sensum amphibologicum constituent. Hinc alium modum occultandi secreta excogitarunt. Dicunt in primis, veritates alias esse communicabiles, alias incommunicabiles; & ex circumstantiis colligi, utrum verba accipienda sint, spectata scientia communicabili, aut incommunicabili. Ut quando Confessarius interrogatur, an aliquid sciat de peccato penitentis, & ipse respondet se nihil scire; ex circumstantiis denotatur, eum nihil scire scientia communicabili, seu extracramentali: & quando interrogatur a tyranno, an aliquid sciat ut Confessarius, pariter, inquit, potest respondere, se nihil scire, quia etiam in hac circumstantia apparet verba profertur relative ad scientiam extracramentalem, respectu cuius revera nihil scit. Qui tamen hac incedunt via, non omnino renuntiant mentalibus restrictionibus, sed restrictionem mentis admittunt, circumstantia externa intelligibilem factam. Solum differunt in hoc quod plura locutione requiri aliquid verbum in ipsa locutione quod sensum obscurum, quem in mente loquens retinet, & occultat, prodatur; sed solum colligendum volunt sensum obscurum, & internum ex circumstantia vel temporis, vel loquentis.

VI. Ultimo denique alii Theologi e me-

dio penitus sustulerunt restrictiones mentales tum internas, tum externas, tum amphibologicas, tum aequivocones, ut rationes indicatas, quod scilicet vel non semper occurrunt verba ambigua, vel non sufficienter, quoties homines alios colloquimur, vel quod simplices capaces non sunt efficiendi sermone amphibologico, & aequivoconum. Quapropter inventum procederunt omnibus lane recentis validius ad occultandam veritatem. Docent itaque, nos posse usurpare verba *suppositivis*, ut ipsi autem, *materiali*, seu in nostra potestate esse verba *effere materialiter*, quin nihil significant, quoties veritas occultanda ex iusta causa est. Quare Petrus interrogatus, an commiserit delictum, vel sciat ab aliquo illud perpetratum fuisse, potest absolute, & sine verborum aequivoconum respondere, *se non commisisse*, *se nescire quemquam illud perpetrasse*; quamvis commiserit, vel sciat a quo commissum fuerit, quia eulmodi verba, *nescire*, *non feci*, nihil significant, ac si prolata essent a pittaco. Tamborinus *Lib. II. in Decal. cap. 11. §. 2. n. 6.* sibi opponit auctoritatem Cardinalis Pallavicini his verbis. „ At hoc modo loqueris contra pactum quod in consuetudine linguae inter homines tacite innotuit, ut significativè proferrentur verba, non vero solum materialiter. Lege Storiam Pallavicinam in sua Theologia *Lib. III. disp. 11. num. 17.* Respondet, huiusmodi pactum nimis speculative ab ingeniosissimo excogitatum esse. Adde, esto assidue conventionem ut per illas voces possent appetere homines conceptus suos; at contendo nunquam assidue pactum, quominus idem possent (*quando vellet*) *illas materialiter effere*. Certe sic essent infantes, sic teras, sic scriptores, & typographi, quando do exscribunt, vel imprimunt verba alterius linguae. Cur non ergo in aliis occasibus *nibus*, quando homini loqueris? Verba usurpant posse materialiter, vel nihil significantia, in humana & serria locutione ad regendam veritatem, docuit etiam Garamuel in *Haploze art. 2. conclus. 1. num. 14. pag. 17.* apud Cardenas *dist. xxx. cap. iv. num. 52.* quam tamen opinionem non approbat ipse, quod videtur non approbari a Censoribus Romanis.

VII. Clarius hanc doctrinam de vocibus, seu verbis nihil significantibus, tradunt alii recentiores. P. Claudius La-Croix *Lib. VI. part. 11. cap. 111. dub. 1. num. 1986. §. 4.*

attri-

attribuit hanc opinionem *Tamero*, & *Stroz*, his verbis. „ Alium modum suggerunt *Tan-nenus*, & *Stroz*, ut Confessarius, si aliter non possit salvare sagillum, utatur vocibus pure materialiter, tanquam sonis non significantibus, volendo per illas nihil significare. Ratio autem cur voces in illis circumstantiis non sint significantivae, haec est, quia vis significativa vocum est voluntas illorum qui eas instituerunt ad hoc, vel illud significandum. Atqui influentes non voluerunt, nec velle poterunt, ut tales voces essent figurativae in casu quo per illas revelaretur sagillum: id enim velle foret impium, nec Dei, vel Reipublicae approbatio potest accedere, quae tamen debet accedere, ut sit obligatio utendi vocibus, sicuti instituta sunt. Ergo voces in his circumstantiis non sunt significantivae. Quod autem interrogans excipiat illas ut significantivas, & fallatur, sibi imputet: iniuste enim interrogat. Neque approbat, neque improbat hanc dicendi modum P. La-Croix, led de more aliorum Doctorem opiniones varias colligit, ut lectores eam feligere valeant quae sibi magis arideat.

VIII. De suo tamen regulam omnibus exhibet sigillo ligatis, quae facilius valeant illud custodire. Inquit ergo *num. 1987.* „ Quando Confessarius ita iniuste interrogatur de re sigillo clausa, & non potest aliter tege-re quam simpliciter dicendo, se nihil scire, non est opus ut signate cogitet de uno, vel altero ex relatis modis respondendi absolute mendacio; sed sufficit, si animum habeat non mentiendi, & respondere velit in eo sensu in quo iuxta Ecclesiam, & Doctorum mentem cum veritate sic loqui potest: certum enim est debere hie esse aliquid modum licitum salvandi sigillum, nec occurrit magis congruus quem unue ex his. Et quod dictum est de Confessario, valet de omni alio obligato ad sigillum. Extra autem hoc, similesque casus gravissimos foret mendacium sic uti vocibus.

IX. Hanc doctrinam, cuius usum P. La-Croix concedit ut licitum dimittat pro sigilli custodia, & similibus gravissimis casibus, ut pro tuenda aut vita, aut pudicitia, qui gravissimi casus dicuntur, P. Carolus Ambrosius Cattaneus extendit ad casus non solum graves, led ad quodcumque notabile incommodum declinandum. Casus ad quos hanc descriptam doctrinam dilatat, iustice transcribam ex vernacula lingua latine redditos. Inquit ergo *Tom. I. lect. xlv. 4.* Ad

tabernam tuam e. g. venit improbus debitor, quem intelligit legibus subicere nequam quae valeat: querit, an talis generis panum habes. Hac interrogatio, circumstantiis inspectis hanc prodit sententiam: Haec non te talem panum mihi vendendum? Tu respondere libere potes: *illam non habeo*: quia intelligitur, & debet intelligi non habeo improbo debitori vendendum, & alium casum proponit his verbis. „ Alter venit qui nec palnum terrae possidet, rogatque, haberes ne centum leuca. Tu plurimis abundas. Rerpondes: *illam non habeo*. „ Est ne mendacium istud? Minime sentium. Ex circumstantiis responso iustice vera est. Quoniam interrogatio significat, utrum habes centum leuca mutuo danda? Tu vero illis qui nonnisi periculose solvendo sunt, nec solidum habes mutuum impartendum.

X. His, alique similibus casibus resolutis, varietate exemplis adductis, satis explicata doctrinam quam indicat laudatus P. La-Croix: & in antecessum factis auditoribus monet, hanc fuisse doctrinam satis esse ad omnes convellendas difficultates. Inquit ergo, non semper occurrere verba duplicis potestatis, & aequivoce maxime in eventibus repentinis. Quid, inquit, si sciaris cavadium ingressus, patrem tuum occisurus, querit, an domi sit? Num tu veluti excantatus ad explicanda ambigua verba, aut ad aptandum locutionem aequivoecam intendere mentem adstringeris; aut sub criterium inducere, num restrictio sit pure mentalis, an secus; aut formulam verborum ex aliquo libro memoriae traditam recitare debes, ut e laqueo hoc liber evadas? recitare debes, ut e laqueo hoc liber evadas? In his, & similibus casibus iam descriptis, quando alia non patet via, nec verbum *Nescio* sufficit, regeras in frontem impudentis interrogatoris *retundendum* & *audax NON*: quandoquidem *Non* istud omnium hominum mentis conforme est. Homines enim verbum domini funt. Ea haudquaquam in damnatum Reipublicae, & in latronum, sciariorum favorem instituerunt. Ne multa: Non illud in praefatis circumstantiis quacumque caret significatione ex consensu totius humanae Reipublicae, quae statuit, in similibus eventibus verba nihil significare, ad eam plane modum quo nummus cui Principis iusta ademptus sit valor, nihil sit. Quando itaque audis mendacium officiosum scite proferri non posse, neque ut ab mendacio integram circumstantem subducas; scias oportet, neque ob eundem finem licitum esse factum *senius solidi*,
aut

aut minus sibi ferici. At quemadmodum in tali eventu furtum non est furtum (quod sic inter homines conventum ob publicum bonum fit) eadem ratione mendacium non foret mendacium, quoniam humana Republica non minus veritatem quam verum dominopertinet. Hincenus Catechismus, qui aliis exemplis suam confirmat doctrinam.

CAPUT VIII.

Comparatio doctrinae quorundam recentiorum cum doctrina & Cassiani, cui in extrema necessitate licita erant mendacia, & Augustini in omni eventu mendacia damnantis. Casus idem ab Augustino, & recentibus propositi, & contraria doctrina resoluti.

IX antiquis qui mendacia sunt patrociniati, unum referam Cassianum, qui prae omnibus illis mendaciorum causam propugnans, futilis eam pertractavit. Universam autem Cassiani, aliorumque Patrum doctrinam his limitibus concludit: nempe quod in extrema necessitate, pata ad vitam propriam, vel proximi tuendam, ulius mendacii licitus sit, ut usus elibori licitus est in extremis morbis. Proponit casum de muliere Raab, & ait mendacium illius fuisse dignum venia. En illius verba ex coll. xvii. cap. xvii. Taliter de mendacio sentiendum, atque ita utendum est, quasi ei natura insit elibori. Ita namque etiam sanctos ac probatissimos Dei viros veniabiliter legitimos usus fuisse mendacium, sicut Raab. Cassianus manifeste non asserit, illud mendacium absolute fuisse licitum, sed veniabiliter prolatum fuisse, seu mendacium illud dignum fuisse venia, quod ob finem bonum tuende vitium hominum dictum fuerit. Quare Cassianus absolute mendacium esse innocens omnino, & amittere mendacii naturam, ac reatum; sed de duobus malis minus esse eligendum, & dignum esse venia qui mendacium officioso utitur, ut damnum compeniet maius, seu vitet, quod manifestationis veritatis consequeretur. Sic mentem suam conceptis verbis declarat Cassianus cap. xv. Tunc enim necessario, ac veniabiliter acquiescitur mendacii derimento, quando maius, ut diximus, imminet de veritatis confessione dispendium; & utilitas qua nobis de veritate confertur, compensare illa que generanda sunt damna non praevalet. Haec doctrina Cassiani multum commovet vel ipsum Augustinum, qui eam appellat de peccatis compensatrix.

II. Eundem casum, inter alios plures, de muliere Raab, & Hebraeis oblietricibus sibi proponit Augustinus Libro contr. mend. cap. xv. illum in omnem partem verat, improbat Cassiani doctrinam, & resolvit, Raab, ac Hebraeis oblietrices mentitas fuisse, & in eis remuneratam non fallaciam mentiendi, sed affectum miserendi. Quid porro responderi debuisset Raab, docet his verbis: *Scio ubi sunt; sed Deum timeo, non eos prodo.*

Omnia deinde quae adversus hanc responsum obici possunt, & quod nimirum mulier perempta fuisset, & quod civis sui, auditu hoc responso, domum unicum inventos morti tradidissent, resolvit, atque in adversarios regerit. Verum illi, hoc auditu, iniquis, illum perimerent, domum servarentur. Sed nunquid consequens erat ut illos etiam quos diligenter occultaverat, inveniret? Prospexerat enim cautissima mulier, & ibi eos posuerat ubi latere potuissent, etiam si ei mentientium creditum non fuisset. Ita & illa, si tamen a suis civibus esset occisa, pro misericordiae opere; vitam ipsam finendam, pretiosa in conspectu Domini morte fruisset, & erga illos eius beneficium inane non fuisset. Sed inquit: Quid si & ad illum locum ubi eos occultaverat, si a quibusdam arebantur, perscrutando omnia, pervenissent? Iste modo dicitur potest. Quid si mulier vultissima, atque turpissimum non solum mentientem, verum etiam perteratit credere nolissent? Nempc etiam tunc consecratura fuerant quae timendo mentita est. Et ubi potius voluntatem, & potestatem Dei? An forte non poterat & illam, nec civibus suis mentientem, nec homines Dei prudentem, & illos suos ab omni pernicie custodire? A quo enim & post mulieris mendacium custoditi sunt, ab eo potuerunt, est illa mentia non esset, utique custodiri.

III. Similem porlus casum sibi proponunt etiam recentiores. Theologi antiquiores cum Augustino, inter quos potissimum teret locum D. Thomas, respondent mulierem mentitam fuisse, omneque mentiri qui in simili eventu cum Raab negaret hospites, ad mortem etiam quassitos, extare in propria domo, quodam reipia ibi commorantur. Recentiores autem plurimi cum Cassiano in eo, quod totius controversie caput est conveniunt. Cassianus namque docet, Raab dignam fuisse venia, quod negaverit hospites in domo sua reperiri; recentiores pariter asserunt, nos posse, & debere sicario querenti ad mortem hospitem extantem in domo nostro, negare hos-

hospitem quomodolibet penes nos commorari, seu reperiri. Differt vero a Cassiano, quod ille negationem veritatis in Raab mendacium vocet veniabiliter prolatum, seu venia dignum; recentis vero praefatam negationem veritatis nolint esse mendacium, variasque assignant rationes. Alii namque distinguunt duplicem veritatem, duplicemque cognitionem: alteram revelebilem, alteram non revelebilem, seu unam communicabilem, alteram non revelebilem; & propterea negationem illi revelebilem esse veram. Alii docent, in simili casu verba nihil significare ex tacito Reipublicae consensu, seu mendacium non esse mendacium, quemadmodum furtum in extrema necessitate non est furtum.

IV. Alium fide casum proponit Augustinus cap. xviii. cont. mend. de patre agrotto, qui si intelligeret mortuum esse suum unicum, carissimumque filium, ipse quoque fato cederet. Si a te quirit, an vitat, quem vitat finisse tu nosti, quid respondetis, quando, quidquid aliud dixeris prater unum de tribus, aut mortuus est, aut vivit, aut nescio, nihil aliud credit ille quam mortuum; quod te intelligit timere dicere, & nolle mentiri? Tantidmodum valet, etiam si omni modo taceris. Ex illis autem tribus duo falsa sunt, vivit, & nescio; nec abs te dici possunt, nisi mentiendo. Illud autem unum verum, idest mortuum esse, si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subspecta, abs te occisus clamabitur. Integram responsum Augustini supra cap. 11. n. 6. de scripturis, quam, ne actum agamus, ibi legit. Casum ita restringit Augustinus, ut neque acquiescat, neque silentio, neque conversationi locus pateat. Item, quidquid dixeris prater unum ex his tribus mortuus est, vivit, nescio, agrotus pater colligit filii mortem. Si veritatem fatearis dicendo, Mortuus est, moritur quoque pater; si dixeris, Vivit, aut nescio, mentiris. Manifestandum tamen mortem, seu veritatem concludit, pluribusque evincit Augustinus; quavis mors patris lectura lit.

V. Contra omnino sentiunt recentiorum plurimi. Volunt liquidem, te posse dicere, Vivit, aut nescio, ne mors sequatur agroti; quoniam in his extremis, in quibus veritatis manifestatio gravissimum producit damnum quando aequivoce sermone regi non potest occultandam docent manifesta negatione, quae vel nihil significat, vel negat veritatem in-

communicabilem, ut indicavimus, & infra fusius explicabitur.

VI. Augustinus sub finem Libri contra mendacium, nempe cap. xxi. quod ultimum est, casum exhibet, qui & tunc occurrit, & nunc non rarissime contingit, de uxore adultera provocata, atque coacta a marito, ut iurando adulterii suspitionem amoliat. Adeo firmum & constans erat in fidelium illius temporis animis, non posse conjugem sine perurio negare adulterium, quod reipia perpetrasset, ut iuramentum maritus exigeret, tamquam evidens innocente argumentum. Si enim credidissent, aut suspicati fuissent, eas posse licite negare, & iuramentum confirmare negationem commisi adulterii; nunquam eas ad iurandum inducere conuevissent. Namque cogitandum est, sepius homines, de quarum adulterio suspicantur, ad iurandum provocare conatus suas: quod utique non facerent, nisi crederent etiam illas quae non timebant perpetrare adulterium, tunc posse peritium. Quia & revera nonnullae impudicae, quae non timebant illicito cubitu virum fallere, eisdem viris quo sepebant, timebant Deum ressem fallaces adhibere.

VII. Hunc eundem casum sibi proponunt recentiores, & plurimi respondent, licite admittere negare posse se adulterium commisisse, quod reipia commisit, si tamen negationem firmare iaculo iurando. Sanchez Lib. III. in Decal. cap. vi. num. 40. Decimo tertio, adultera rogata a marito, an adulterium admittit, potest verum se non agnoscere, trimonium. Similiter potest iurare, se se non fecisse, intelligendo intra se, ut tibi revelem. Castropalpus tract. xiv. disp. 1. par. 7. Decimo tertio mulier quae adulterium commisit, poterit sub iuramento negare commississe, subintelligendo, ut nescio, iussisse tenetur. Idem docet Sayrus, Bonacina, & omnes defensores restrictionis pure mentalis. Igitur, si viri illi qui tempore D. Augustini vivebant, hac nostra temperate in visis forent, falso biperaderent uxores suas non fore peccatrices: quoniam non modo adultera, sed Theologi ipsi docent, peritium in his circumstantiis esse tantum materiale, ac proinde licitum. Est ne cuiusmodi doctrina conformis menti & doctrinae Augustini, qui conceptis verbis oppositum docet? Hinc colligit Francolinus, quo fundatur Lib. II. p. 17. Eccl. benign. disp. vii. num. 33. adeo interprede in hac verba prorumpat. intelligis iam, ut opinor, prodeffe mihi exemplum quod attulisti, eoque magis confirmata.